Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 11



μήχανός ἐστι καὶ πολύτροπος ὁ ψεύστης. μεῖζον τῆς πληγῆς ταύτης οὐκ ἔστι, καὶ ὄνειδος ἀνώτερον τούτου οὐχ ὑπάρχει· παρὰ πάντων γὰρ ἐστὶ βδελυκτὸς, καὶ γέλως ἐστὶ τοῖς πᾶσι. Διὸ προσέχετε, ἀδελφοὶ, μὴ ἐνδελεχίζειν ψεύδει.

## IE.

## ΠΕΡΙ ΥΠΑΚΟΗΣ.

Μακάριος ὃς ἐκτήσατο καὶ ἔσχεν ὑπακοὴν ἀληθῆ καὶ ἀνυπόκριτον, ὅτι ὁ τοιοῦτος μιμητής ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ ἡμῶν Διδασκάλου, ὃς ὑπήκοος γέγονε μέχρι θανάτου. Ὄντως οὖν ὁ ἔχων ὑπακοὴν μακάριος, ὅτι τοῦ Κυρίου μιμητὴς ὑπάρχων, συγκληρονόμος αὐτοῦ γίνεται. Ὁ ἔχων ὑπακοὴν, πρὸς πάντας τῇ ἀγάπῃ ἥνωται· Ὁ ἔχων ὑπακοὴν, μέγα κτῆμα ἐκτήσατο, μέγα πλοῦτον ἐκτήσατο. ὁ ὑπήκοος πᾶσιν εὐάρεστος, ὑπὸ πάντων ἐπαινεῖται, ὑπὸ πάντων δοξάζεται. Ὁ ὑπήκοος ἐν τάχει ὑψοῦται, καὶ ἐν τάχει ἐν προκοπαῖς ἔσται. Ὁ ὑπήκοος ὑποτάσσεται, καὶ οὐκ ἀντιλέγει· κελεύεται, καὶ οὐ διαστρέφει· ἐπιτιμᾶται, καὶ οὐκ ὀργίζεται· πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἕτοιμός ἐστι. Τῇ ὀξυχολίᾳ ῥαδίως οὐκ ἁλίσκεται· ἐὰν ἀκούσῃ ἐπίπληξιν, οὐ ταράσσεται· καὶ ἐν ὕβρεσιν οὐκ ἐξάπτεται. ἐν λύπαις χαίρει, ἐν θλίψεσιν εὐχαριστεῖ. Τόπον ἐκ τόπου οὐ μεθίσταται, καὶ ἀπὸ μονῆς εἰς μονὴν οὐ μετέρχεται· νουθετούμενος οὐ πτύρεται· ἐν ᾧ ἐκλήθη τόπῳ ὑπομένει, καὶ τῇ ἀκηδίᾳ οὐ κατέχεται. Τὸν πατέρα οὐκ ἀπελίζει, καὶ ἀδελφὸν οὐ σμικρύνει· τὴν οἴκησιν τοῦ μοναστηρίου οὐ περικάμπτει. Ἀναπαύσεσιν οὐ χαίρει, οὐχ ἥδεται τόποις, καὶ ἀέρι οὐ τέρπεται· ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἅγιον Ἀπόστολον ἐν ᾧ ἐκλήθη τόπῳ, ἐν τούτῳ καὶ μένει. Πολλοὶ οὖν ὡς ἀληθῶς οἱ καρποὶ τῆς ὑπακοῆς· διὸ μακάριος ὁ κτησάμενος αὐτήν.

## Iϛ.

## ΠΕΡΙ ΑΝΥΠΟΤΑΞΙΑΣ ΚΑΙ ΓΟΓΓΥΣΜΟΥ.

Ἐπικατάρατος δὲ καὶ ταλαίπωρος, ὃς ὑπακοὴν οὐκ ἐκτήσατο, ἀλλὰ γογγυσμόν· ὁ γὰρ γογγυσμὸς ἐν μοναστηρίῳ πληγὴ μεγάλη ἐστὶ, σκάνδαλον τῷ κοινῷ, ἀνατροπὴ ἀγάπης, ὁμονοίας διασκεδασμὸς, τάραχος τῆς εἰρήνης. Ὁ γόγγυσος ἐπιτασσόμενος ἀντιλέγει· ἐν ἔργῳ ἐστὶν ἀχρήσιμος, οὐδέποτε χάριν ἔχει ὁ τοιοῦτος· ὁ αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ ὀκνηρός. ἡ γὰρ ὀκνηρία τῷ γογγυσμῷ



A sutus ac versipellis est homo mendax. Nullum est hoc majus animi vulnus, nullumque eo dedecus gravius: homo enim mendax ab omnibus rejicitur, & ab omnibus irridetur. Proinde attendite, fratres, ne adsuescatis mendaciis.

## X V.

## *De Obedientia.*

B Beatus qui vera & minime simulata præditus est obedientia, quoniam hic imitator est optimi nostri Præceptoris, qui obediens factus est usque ad mortem. Vere igitur *Philipp. 2.* qui obedientiæ fruitur possessione, beatus est, quia cum Domini sit imitator, etiam cohæres illius efficitur. Qui obedientiam obtinet, vinculo caritatis cum omnibus conjungitur. Qui obtinet obedientiam, magnam possessionem obtinet, magnasque sibi C divitias accumulavit. Qui obediens est, omnibus gratus est, ab omnibus laudatur, & ab omnibus probatur. Vir obediens, cito exaltatur, & celeriter progressus magnos efficiet. Vir obediens præcipientibus non resistit, & jubentibus non adversatur: reprehensus non irascitur: ad omne opus bonum promtissimus est: ab iracundia non facile capitur: si reprehendatur, non commovetur, & si contumeliis afficiatur, ne- D quaquam excandescit. In calamitatibus gaudet, & in tribulationibus gratias agit. De loco in locum non transmigrat, & ex una in aliam mansionem non se transfert. Admonitus non perturbatur: ad quem destinatus est locum, in eo manet, & tædio non afficitur. Patrem non despicit, & fratrem nequaquam spernit. Monasticæ vitæ rationem non carpit. Recreationes & otia fugit, E ac locorum aërisque amœnitates minime sectatur, sed secundum sanctum Apostolum, in quo vocatus est loco, in eo manet. Multi igitur, ut apparet, sunt fructus obedientiæ. Quamobrem beatus est qui possidet illam.

## X V I.

## *De Inobedientia, & Murmuratione.*

F Execrandus autem est, ac miser homo inobediens & murmurator: magna enim in monasterio plaga est murmuratio, scandalosa est fratrum conventui, caritatem evertit, unionem dissipat, pacem disturbat. Murmurator præcipientibus contradicit, ad omne opus ineptus est atque inutilis, nihilque gratiæ habet in re ulla: idem enim est etiam piger: pigritia enim mur-



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0259
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg